81 99

ad humilitatem quo decantato. Sequitur
passio / post passionem sequuntur orationes
solemnes

## Capitulum de cruce adoranda

Ca 7, 22

Quibus finitis orationum predictarum
protinus aliquod tapetum vel lintheum
superpositum ante altare ster-
natur ubi crux fuerit adoranda. Et duo
sacerdotes vel diaconi albis induti re-
tro altare sumentes crucem coopertam
accipiant, aut manum ... apertis ... posi-
tam, et ad gradum altaris illam
portantes. Abbas autem et ministri al-
taris discendentes, stolas et manipulos
deponentes, revertantur ad locum sicut so-
lent esse ministri altaris quando terna can-
tatur ad maiores missas. Predicti autem
sacerdotes vel diaconi, unus ad dexteram
et alius ad sinistram, crucem coopertam
tenentes, flexis genibus cantent Popu-
le meus. Et duo fratres ad gradum pres-
byterii deputati respondeant Agyos o theos,
flectentibus genua, finito Agyos, et cetera
tria prosequantur. Chorus etiam re-
spondeat Sanctus, ad primum Sanctus
genua flectens. Et hec tam a choro quam
a fratribus repetantur tres. Sed dum ulti-
mum Sanctus canitur, ille qui crucem tenet

G 34

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII75/0201

gefördert durch Baden-Württemberg